Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26048
Copyright: Admont, Benediktinerstift

fixa. lacte nos potant. quia
ipsi archanis summe contempla
tionis inherentes. subtili pre
dicatione nos nutriunt. Ut ergo
ab eterno gemitu et dolore nos
retrahant nunc incuruantur
ceruae atque in partu rugitus
emittunt. Quia uero ipsi qui
sanctam patrum predicatione nas
cuntur. aliquando doctores suos
patiendo preuenerunt ut eis in
hac uita adhuc durantibus
ipsi martyrio consumentur ap
te subdit. Separantur filii earum
et pergunt ad pastum egredi
entur et non reuertentur ad eas.
Pastum scriptura sacra illud ui
riditatis eterne pabulum uo
cat ubi iam nulla refectio
nullus defectus ariditate mar
cescat. De quo pastu per psal
mistam dicitur. Dominus regit me
et nichil michi deerit in loco
pascue ibi me collocauit.
Et rursum. Nos autem populus eius
et oues pascue eius. De
quibus nimirum pascuis per se
metipsam ueritas dicit.
Per me siquis introierit saluabitur
et ingredietur et egredietur.
et pascua inueniet. Per
gunt ergo ad pastum quia de
corporibus exeuntes illa pabu
la eterne uiriditatis inueni
unt. Egrediuntur et non reuer
tuntur ad eas. quia in illa
suscepti contemplationis gau
dii iam nullatenus indiget
audire uerba docentium. Eos
si itaque ad eas iam non re
deunt quia angustias uite
presentis. euadentes ultra a
doctoribus predicationem uite
accipere non requirunt. Tunc
quippe implebitur quod scriptum est.
Non docebit ultra uir proxi
mum suum et uir fratrem suum
dicens. Cognosce dominum. Om
nes enim cognoscent me a
minimo eorum usque ad maxi
mum dicit dominus. Tunc im
plebitur quod in euangelio ueri
tas dicit. Palam de patre
annunciabo uobis. filius e
nim de patre palam annun
ciat quia sicut superius dixi
mus per hoc quod uerbum est ex
natura nos diuinitatis
illustrat. Uerba ergo tunc do
centium quasi quosdam hu
mane lingue riuulos non
querunt quando de ipso iam
ueritatis fonte debriantur.
Igitur postquam figurata inc
uatione ceruarum multa de
magistrorum uirtute narra
ta sunt. nunc ad eorum uitam qui
remote conuersationis secreta
appetunt uerba uertuntur.
qui ipsa cessandi ocia quia
diuino adiutorio et non su
is uiribus assecuntur. de eis
a domino dicitur. Quis dimisit ona
grum liberum in solitudine.
et uincula eius quis soluit
subaudis nisi ego. Onager
enim qui in solitudine com
moratur. non inmerito eorum
uitam significat qui remo
ti a turbis popularibus commo
rantur. Qui etiam apte liber dicitur.
quia magna est seruitus ne